ad hereditatem et pelues cupree et ciste farine et ciste annonarum
annonarum et porci qui in curys sunt in domibus nutriuntur etiam
spectant ad hereditatem Et omnes porci impinguati spectant ad pul-
mentaria Ubi pulmentaria dantur et omnis expensa domestica
que in potestate viri est tempore mortis et omnes vache uxore pulmenta-
ria recipit mariti uxor et non sua cognata proxima

De viro qui alterum vulnerat vitam suam
defendendo et solus fuerit vulneatus c xxxi

Vulnerat quis alterum vitam suam defendendo supra viam
publicam quod ille ipsum percutit aut vulnerat et si clamore
proclamaverit et invasor arripit violenter se presentare et
conqueratur judici et stabunis ondat sua vulnera et probare per
eos qui suum clamorem audierunt quod initium fuit contentionis sui
adversarii fuit et non suum et quod ipse se defenderet et in defensione
sue vite ipse acquirit quaerimoniam primam Secus si improbabiliter
hec fieri non potest **De duobus qui se de stirpe scla-**
vonica mutuo vulneraverint c xxxii

Quod si duo se vulnerant mutuo in jure Municipali qui
ambo processerunt de stirpe sclavonica et tamen sclavonico no-
mine comparet unus et conqueratur in sclavonico ydio-
mate alterum non oportet sibi rendere si placet nisi conqueratur
in eo ydiomate quod sibi innatum est per jus Municipale

De causa que permittitur coram judicio c xxxiii

Quod si duorum arbitrorum querimonie delate fuerint in ju-
dicio bannito coram judice de voluntate judicis et con-
sensu partium arbitrorum vtrimque quod inter ipsos concordia
dant et si se arbitri de hoc electi de causa intromittant
dandi absque judicio querimoniam a modo non repetendo cum consensu
judicis Et si exeis suam querelam in posterum vellet renovare
per hac causa coram judicio iste sibi suus adversarius vindere
non tenebitur coram iudicio nisi probare potuerit tamen judice
et stabunis quod causa absque judicio debeat terminari **De duo-**
bus qui se mutuo vulnerant c xxxiiii

Quod si duo mutuo se vulnerant et primus vadit ad judi-
cem in domum suam et querimoniam faciet alter veniat
ad quatuor bancos et conqueratur cum clamore et stabunis et
judicio astantibus et vulnera ondat et mittat per judice et con-
queratur ipse primam querimoniam obtinebit si testes super
hoc habuerit a stabunis seu astantibus judicio quod inter quatuor
bancos querimoniam fecerit **De duobus qui se mu-**
tuo vulnerant equaliter et equali quaerulant xxxv